Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber sedecimvs de pvlveribvs et glebis terre [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

INCIPIT·LIBER·SEDECIMVS·DE PVLVERIBVS·ET·GLEBIS·TERRE

¶Ca·i

PVLVIS·DICTVS·ꝙ VI·VENTI·PELLATVR·TOLLITVR·ENIM·EIVS·FLATV·NEC·RESIstit nec stare nouit.sicut ait propheta tãq̃ puluis quem proiicit ventus a facie terre ¶Limus vocatus ꝙ lenis sit ¶Cenum ẽ vorago luti ¶Cinis ex incendio dicitur ab eo enim fit fauilla ꝙ ꝑ igné effecta sit.nam fos ignis est ¶Gleba quod sit globus pulueris eni collecc̃one conpingit̃·et in vno glomere adunatur Terra auré ligata gleba ẽ.soluta puluis·¶Labina eo ꝙ ãbulantibus lapsum inferat.Dicta ꝑ deriuacioné a labe ¶Lutum vocatum quidam ꝑ antifrasim putant ꝙ non sit mundum Nam omne lotum mundum est. ¶Volutabra appellata ꝙ ibi apri volutentur ¶Vligo sordes limi vel aque sunt ¶Sabulũ leuissimum terrae genus ¶Argilla ab argis vocata apud quos p̃mum ex ea vasa confecta sunt ¶Creta ab insula creta vbi melior est creta·¶Cimolia cãdida est ab insula cimea italie dicta q̃rum altera vestimentorũ p̃ciosos colores emollit·et cõfricato sulphure quodam nitore exhilarat·Altera gẽmis nitoré p̃stat ¶Creta argẽtaria et ipsa candida appellata.eo ꝙ nitoré argento reddat ¶Terra samaria a samo insula dicta·glutinosa et cãdida et lingue lenis·medicamentis et vasculis necessaria ¶Puluis puteolanus in puteolanis italie colligit̃ collibus.Opponiturq; ad sustiné da maria·fluctusq; frangendos·Nam mersus aquis protinus lapis fit.¶Vndisq; cotidie forctior effectus in saxum mutatur·Sicut argilla ab igne in lapidem vertitur·¶Sulphur vocatum quia igne accenditur·vr enim ignis est.Nam uis eius et in aquis feruentibus sentitur·Neq; alia res facilius accendit̃ Nascitur ĩ insulis eoleis inter siciliã et italiã·quas ardere dicunt Inuenit̃ et in aliis locis effossum·Huius genera sunt quatuor Viuũ quod foditur translucetq; et viret·ꝙ solum ex omnibus generibus medici vtuntur. Alterum quod appellant glebam vsibus tantum fullonum familiare.¶Tercium liquor est.Vsus eius ad lanas suffundẽdas ꝙ candoré molliciéq; prestat.Quartum ad licinia conficiẽda maxime aptum. Sulphuris tanta vis

41

est ut morbos epilenticos cōmiciales deprehendat nidore suo impositis ignibus exardescens in calice vini prunaq; subdita circunferés exardescentibus repercusso ·palorem dirum velut defunctorum effundit

De Glebis et aquis Ca·ii·

Bitumē i iudea e lacu assalti de emergit·Cuius glebas supnatátes naute scafis appropinq̄ntes colligūt. In siria autē limus ē·passim a terra exestuans.spissat autē vtq; et densitate coeūt et vtraq; greci spissa assaltō appellāt Natura enī ardens et igni icognita et neq; aqua neq; ferro rumpit nisi solis mulieribus inquinamētis vtilis ad cōpages nauium

Alumen vocatū a lumie q; lumen coloribus prestat tinguendis· Est autē salsugo terre efficiturq; hieme ex aqua et limo et estiuis solibus maturatur. Huius species due sūt liquidum et spissum

Sal quidam dictum putant·q; in igne exiliat·fugit enī ignem dum sit igneū·sed naturam sequitur·quia ignis et aqua inter se semper inimica sunt. Alii sal a salo et sole vocatum existimāt. Nam aquis maris spōte gignit spuma in extremis litoribus vel scopulis derelicta et a sole decocta. Sunt et lacus et flumīa et putei e quibus hauritur. De hinc in salinis ingestus sole siccatur·sed et flumina densantur in sale amne reliquo sub gelu fluente .Alibi quoq; detractis arenis colligit·crescens cum luna noctibus. Nam in cirrnea ammoniacus sub arenis inuenitur· Sunt et montes natiui salis·in quibus ferro cedit vt lapis·renascens maius .Tante alicubi duricie ut muros domosq; massis salis faciant.sicut in arabia.In natura quoq; salis differēcie sunt.nā alibi suauis alibi salsissimus· Cōmune sal i igne crepitat tragaseum nec crepitat in igne nec exilit·agrigentinum silicie flammis paciens·in aqua exilit·ī igne fluit contra naturam Sunt et colorum differentie·memfiticus rufus est·ī parte quadam sicilie ubi ethna est purpureus Item in eadem sicilia ī pachino adeo splendidus et lucidus ut imagines reddat. In capadocia crocinus efodit. Salis natura necessaria est ad omnē escā·Pulmentis enī saporem dat·excitat auditatem et appetitum ī omnibus cibis facit. Ex eo qppe omnis victus delectacio et sūma hilaritas .hinc et salus nomen accepisse putatur· Nichil enim vtilius sale et sole. Denique cornea uidemus corpora nauticorum. Quin etiam pecudes

armenta et iumēta·maxime sale prouocātur ad pastū. Multū
largiores lacte·multoq; graciores casei dote. Corpora eciam sal
stringit ·sicat et alligat. Defuncta eciam a putrescendi labe
vindicat ut durant ¶ Nitrum a loco sumpsit vocabulum nas
citur enim in oppido vel regione egipti nitria·prunamq; cir
cumferens·ex quo et medicine fiunt·et sordes corporum ves
tiumq; lauātur. Huius natura non multū a sale distat. Habet
enim virtutem salis·et similiter oritur canescentibus siccitate
litoribus· ¶ Afronitrum grece latine spuma nitri est·De quo
quidam ait. Rusticus es nescis quid greco nomine dicar·spu
ma vocor nitri grecus es afronitrō. Colligitur autē in ispania
in asia·in speluncis distillans. De hinc siccatur sole. Optimum
putatur si minime fuerit ponderosum· & maxime fricabile
colore pene purpureo ¶ Calcantum dictum quia calcidis est
timum id est flos. Vnde et aput latinos aeris flos appellatur.
Fit autem nunc multis i regionibus. Olim in ispania eputeis
vel stagnis id genus aque habentibus·aqua decocquebant &
in piscinas ligneas fundebant· appendentes super eas restes
lapillis extentas·quibus limus in similitudine vitrei acini ad
herebat sicq; effectum siccabatur diebus triginta. Fit autē nūc
alibi i speluncis quod liquide collectum de hinc diffusum in
quosdā botros solidatur. Fit et in scropibus cauatis: quorum
elateribus decadentes gutte coalescūt. Fit et in salis modo ex
flagrātissimo sole adeo constricte virtutis est·ut in leonum
et vrsorum ora aspersum tantam vim habeat stringēdi ut non
valeant mordere

¶ De·Lapidibus·vulgaribus· ¶ Ca·iii·

Lapis a terra tanq; densior·et iam vulgo discernitur
Lapis autem dictus q; ledat pedem·lapis mollis est
& sparsus ¶ Saxa harent et a montibus exciduntur
Petra grecum est ¶ Silex est durus lapis. eo q; exiliat ignis ab
eo dictus. Scopulus a saxo eminēti·q̄si ab speculando dictus
siue a tegemēto nauium apotoscopon ¶ Spelea grece·spelunca
latine·est autē rupis cauata ¶ Crepido extremitas saxi abrupta
Vnde et crepido vocata q; sit ab rupti saxi altitudo sic heret
pede pes densus·vnde et vocat̄ ¶ Cauces aspera saxa i mari·di
cta cauēdo q̄si caute. ¶ Murices·petre in litore similes muricis
vitus·acutissime et nauibus pnciose ¶ Icon saxū est q; humane

vocis sonū captans· etiam verba loquenciū immitatur ¶ Icon
autē grece imago latine vocat̄· eo ꝙ ad vocē respondens alieni
efficitur imago sermonis· Licet hoc quidem et locorum natu-
ra eueniat ac plerumq; conualliū ¶ Calculus est lapillus terre
admixtus· rotundus atq; durissimus· et omni puritate lenissi-
mus. Dictus autē calculus ꝙ sine molestia· breuitate sui calcet̄
¶ Cui contrarius est scrupus lapillus minutus et asper. Qui si
incident in calciamento nocet et molestia est animo Vnde et
animi molestiā scrupulum dicimus. Hinc et scrupea saxa· idē
aspera ¶ Cotis nomē accepit ꝙ ferrum ad incidendum accuat
Cotis enim greco sermone incisio nomniatur. Ex hiis aliae
aquarie sunt· aliae oleo indigent in acuendo· sed oleo lenem
aquae aciem acerrimum reddunt ¶ Pumex vocat̄· eo ꝙ spume
densitate concretus fiat. Est aridus candore paruus· tantamq;
naturam refrigerādi habens· ut in vase missus· multa deferuere
desinant. Rudos artifices appellant lapides contusos· & calce
admixtos· quos in pau mentis faciēdis superfundunt. Vnde
& rudera dicunt̄· ¶ Gipsum cognatū calci est· & est nomen
grecum. Plura eius genera Omnium autem optimum lapidis
specularis est. Est enim insignis edifficiorum & coronis gra-
tissimus· ¶ Calcisuiua dicta· quia dum sit tactu frigida· intus
ocultum continet ignem. Vnde & perfusa aqua· statim latens
ignis erumpit. mirum aliquid natura eiuus facit· Postquam
enim arserit· aquis incenditur· quibus solet ignis extingui
Oleo extinguitur quo solet ignis accendi. Vsus eius structu-
re fabrice necessarius. Nam lapis ita lapidi non potest adhe-
rere fortius· nisi calce coniunctus. ¶ Calcis e lapide albo &
duro melior structuris· & ex molle vtilis tectoriis ¶ Arena ab
ariditate dicta· nō abherēdo in fabricis ut qdam volūt. Huius
probacio· si manu impressa stridat· aut si in vestem candidam
sparsa nichil sordis relinquat

¶ De Lapidibus· insignioribus ¶ Ca· iiii

Magnes lapis indicus· ab inuentore vocatus. Fuit·
in india autē primum repertus· clauis crepidarū· ba-
culiq; cuspidi herens· cū armenta idem magnes pas-
ceret. Postea & passim inuenitur. Est autē colore ferrogineus
Sed ꝓbatur cum ferro adiūctus eius fecerit raptū. Nam adeo
aprehendit ferrum· ut catenam faciat anulorum. Vnde & eum

vulgus ferrum viuum appellat. Liquorem quoq; vitri ut ferrũ
trahere creditur. Cuius tãta vis est· ut refert beatissimus augũ/
stinus quodquidam eundem magnetem lapidem tenuerit sub
vase argenteo· ferrumq; super argentum posuerit· deinde subter
mouente manu cum lapide· ferrum cursum desuper mouebat
vnde factum est ut i quodã templo simulacrum e ferro pendere
in arere videret. ¶ Est quippe & alius in ethiopia magnes· qui
ferrum non ambigit· sed respuit. Omnis autem magnes· tanto
melior est· quãto magis ceruleus est ¶ Gagates lapis primum
inuentus est in sicilia. gagathis fluminis fluore reiectus. vnde
& nominatus. Licet & i britania sit plurimus Est autẽ niger
planus leuis· & ardens igni ad motos· fictilia ex eo non delent
scripta· Incensus serpentes fugat· epilẽticos manifestat· demo/
niacos prodit· deprehendit virginitatẽ· mirum quia accendit
aqua oleo restringit ¶ Abeston· arcadie lapis· ferrei coloris· ab
igne nomen sortitus· eo q; accensus semel· nunq; extinguitur
De quo lapide mechanicum aliquid ars humana molita est q;
gentiles capti sacrilegio mirarentur. Deniq; in templo quo/
dam fuisse ueneris fanũ. ibiq; candelabrũ· et in eo lucernã sub
diuo sic ardentem ut eam nulla tẽpestas· nullus imber exting/
ueret ¶ Pyritis eni· persicus lapis fuluus. aeris similans qua/
litatem· Cuius plurimus ignis· Siqdem facile scintillas emit/
tit Hic tenentis manũ si vehementius prematur adurit· ꝓpter
q; ab igne nomen accepit. Est et alius pyritis uulgaris· quem
vinum lapidem appellant· qui ferro uel lapide percussus scin/
tillas emittit· q excipiunt sulphure uel fungis· uel foliis· edito
celerius prebet ignem ¶ Nunc uulgus cocarem petram vocat
¶ Selenites qui latitudine lunaris interp̃tatur· eo q; in teriorẽ
eius candorem cum luna crescere atq; deficere aiunt· Cignitur
in persida ¶ Dionisius lapis fuscus· et rubẽtibus notis sparsus
Et ob hoc ita vocatur· quia si aquis mixtus cõteratur· uiuum
flagrat. Et q; in illo mirũ est ebrietati resistit ¶ Iracius niger
& sonorus· nascitur in flumine cuius nomen est pontus in
equicia ¶ Frigus lapis ex loco t̃xit vocabulum. Nascit enim
in frigia· colore pallidus· mediocriter grauis Est autem gleba
pumicosa. uritur antea vino perfusus· flatusq; follibus donec
rubescat· ac rursus dulci uino ternis uicibus intinguit· ting/
uendis tantũ uestibus utilis ¶ Sirius lapis a siria ubi reperit

appellatus. hic iteger fluctuari tditur. cōmmutus mergi ¶ A/
rabicus similis est ebori sine ulla macula. Hic defricatus ad
cutē sucū dimittit croco similem ¶ Iudaicus lapis albus est
atq; i steemate glādis. scripturis sub inuicē modo atus quē gci
grāmas appellant ¶ Samius a samo insula ubi reperit vocatus
Est grauis & candidus. poliēdo auro utilis ¶ Memficus vo/
catus a loco egipti. & est gemmantis nature. Hic tritus atq;
in his q̄ urēda sunt & secanda ex aceto in linitus. ita obstupes
cerere facit corpus. ut non senciat cruciatū ¶ Sarcofagus lapis
dictus. eo q̄ corpora defunctorum condita i eo infra quadra/
ginta dies adsum ūtur ¶ Sarcos eni grece arca dicit. fagus com
edere. Nascit autē i troade fissiliq; uena scindit. Sunt eiusdem
generis in oriēte saxa q̄ eciā uiuētibus alligata erodūt corpora
inciores autē seruādis corporibus nec adsumētes ¶ Emathi/
tes appellatus. eo q̄ cute resolutus. in colorem ueniat saguinis
Est autē ad modum liuidus et ferrugineus. Nascitur in vltia
egipti. babiloia. & ispania. ¶ Andromatus colore niger. pon/
dere & duricia insignis. Vnde et nomē traxit. ¶ Precipuus re/
peritur in africa. trahere autē in se argentum uel es dicit. Quiq;
atritus ut emathites. in colorem redigit sanguinis ¶ Iscistos in
uenitur in vltim i ispania. croco similis cum leui fulgore. facile
fricabilis. ¶ Amiantos appellatus a ueteribus. eo q̄ si ex ipso
uestis fuerit contacta contra ignem resistat. & igni imposita
nō ardeat. sed splendoē accepto nitescat. Et est sciscialo similis
ueneficiis resistens omnibus specialit magorum ¶ Batracides
similis est teste lamiose scissibilis ¶ Galactides colore cinerius
gustu suauis & ideo vocatus. quod q̄dam de se lacteū atritus
dimittat ¶ Obsius lapis niger est. translucidus. et vitri habens
similitudinē. Ponitur in speculis parietū propter imaginum
umbras reddendas. gemmas multi ex eo faciunt. Nascitur in
india & in samo italie ¶ Nitridas lapis eufratis sole repcussus
coloribus micat uariis ¶ Ethites lapides. reperiuntur in nidis
aquilarum. aiūt binos inuenire. marem et feminā. nec sine his
parere aquilas Horum masculus durus. similis galle subrutu/
lis. Femineus vero pusillus ac mollis. alligati partus celeritatē
faciunt. eciam aliquibus. vulue excidunt nisi cito parturienti/
bus auferātur. ¶ Fingites capadocie lapis. duricie marmo/
ris candidus atq; translucens. Ex quo quondam templum

constructú est a quodam rege foribus aureis · quibus clausis claritas intus diurna erat ¶ Emites ebori similis · in quo darii conditum ferũt · pariq; similis cãdore et duricia · minus tantũ ponderosus qui poros vocãt · ¶ Ostracites vocatus · q; similitudinem teste habeat · usus eius pro pumici ¶ Melanites lapis dictus ẽ eo q; melleũ et dulcem sucum reddat ¶ Hismiris lapis asper et indomitus et oia atterẽs · ex quo lapide gẽme terũtur. ¶ Crisites lapis colore similis ocree · inuenitur in egipto ¶ Amnites similis nitro · sed durior. Gignitur in egipto uel arabia · vi nascitur in ethiopia veluti viridis · sed lacteus cum resoluitur remordens uehemẽter ¶ Coranus albus est · duriorq; pario ¶ Molicius veluti uiridis et grãdis · inuenitur in egipto ¶ Tusculanus a loco italie dictus · dissilire igne traditur ¶ Salvinus fuscus adito oleo · etiã lucere ferẽt ¶ Est et quidam viridis lapis · vehemẽter igni resistens ¶ Sifinius mollis et candidus excalefactus oleo nigrescit · aqua durescit ¶ Lapides quoq; medicinalium mortariorum · ac pigmentorum vsibus apti Ethesius precipuus deinde colaticus. Tebaicus quoq; et basanites lapides · nichil ex sese remittẽtes. ¶ Specularis lapis vocatus est q; vitri more transluceat. Repertus primum in ispania citeriore et circa segobricã urbem. Inuenitur enim sub terra. Et effossus exciditur atq; finditur · in quaslibet tenues crustas

¶ De marmoribus ¶ Ca · v ·

Post lapidum genera veniemus ad marmora · Nam inter lapides et marmora differentie. ¶ Nam marmora dicuntur eximii lapides · que maculis et coloribus commutantur. ¶ Marmor sermo grecus est · a viriditate vocatũ. Et q̃uis postea & alii colores inueniãtur nomẽ tamẽ pristinũ a viriditate tenet · Marmorũ colores & genera ĩ numerabilia sunt · nõ tamen omnia e rupibus exciduntur · sed multa sub terra sparsa sunt · preciosissimi generis. Sicut lacedemoniũ viride · cunctisq; hilarius. Repertum prius aput lacedemonios vnde et vocabulũ traxit ¶ Ophites serpẽtiũ maculis similis est vnde et uocabulum sumpsit. Duo eius genera · molle · candidũ nigrũ · durum · augusteum · & tiberium. In egipto augusti ac tiberii primum principatu reperta sunt. Differentia eorũ est ab ophite · cum illud ut prediximus serpentium maculis sit simile hec maculis diuerso modo colligunt. Nam augusteũ vndatũ

est crispum in uertices · tiberium sparsa non conuoluta cani/
cie ¶ Purpontis ex egipto est rubens · candidis interuenienti/
bus punctis · nominis eius causa · q̃ rubeat ut purpera ¶ Basa/
nites ferrei coloris siue duricia · vnde et nomẽ ei datũ est · Inuẽ/
tus in egipto & in ethiopia. ¶ Alabastrites lapis candidus
intertinctus varis coloribus · ex quo euãgelici illius vasculum
unguenti fuerit · Cauant enim hunc ad vasa unguẽtaria · quo/
niam optime seruarein corrupta dicitur. Nascitur circa thebas
egiptias & damascum sirie · ceteris candidior. probatissimus
uero in india ¶ Parius candoris eximii · ligdinus cognomen/
to. Hic aput paron insulam nascit · vnde & parius nucupatur
Magnitudo eius q̃ lances crateras q̃ non excedat · vnguentis et
ipse aptus ¶ Coraliticus i asia · repertus mẽsura nõ ultra cubita
bina. Candore proximo eboris ad quandam similitudinem · e
diuerso & niger ¶ Alabandicus terre sue nomine nuncupatus
est. Purpure aspectu similis · iste i oriente igne liquatur atq̃ ad
usum vitri fundit ¶ Thebaicus intertictus aureis guttis. Inue/
nitur i parte egipti · asscripta cuticulis ad terẽda colliria quadam
utilitate naturali conueniens. ¶ Sienites circa sienẽ uel thepas
nascit · trabes ex eo fecere reges ¶ Marmora autẽ q̃ in officinis
rupibus q̃ gignuntur · ex quibus ita sui diuersi coloris maculis
distictus · cuius p̃mũ usum insule ciclades dederũt ¶ Lesbius
hbidior est paulo huic · sed et ipse diuersi coloris maculas habẽs
¶ Coritheus amoniace gutte similis · cũ uarietate diũso q̃ colorq̃
Corinto primũ reptus ẽ · Ex eo columne ingẽtes liminaq̃ fiũt
ac trabes ¶ Caristeum viridem optimũ · q̃ nomen ab aspectu
habens · eo q̃ gratus sit · his qui gẽmas sculpunt · eius enĩ viridi/
tas reficit oculos ¶ Numidicũ marmor numidia mittit ad cutẽ
sucũ dimittit · croco similem · vnde & nomẽ accepit · nõ crustis
sed in massa & liminum vsi aptũ ¶ Luculleum marmor nascit
in theo insula · cui lucullus consul nomẽ dedit. Qui delectatus
illo primus romã inuexit · solũq̃ pene hoc marmor ab amatore
nomen accepit. Est & liniẽsis tessnã appellatus a colore cineris
Cuius lapidis alligacio contra serpentes laudat. Ebur a barro
idẽ elefanto dictũ. Oratius Quid tibi uis mulier nigris dignissi/
ma barris

¶ De gemmis. ¶ Ca. vi.

Post marmorum genera gemme secuntur que multũ
auro decorẽ tribuunt uenustate colorũ. Primordia

eius a rupe caucasea. Fabule ferũt ꝑ metheũ primũ fragmenta
saxa eius inclusisse ferro. ac digito circũdasse. hisq; iniciis cepisse
anulum atq; gemmam. Genera gẽmarum innumerabilia esse
traduntur. E quibus nos ea tantum que principalia sunt. siue
notissima adnotauimus. Gemme vocate q; instar gũmi trãs/
luceant. Preciosi lapides ideo dicti sunt. quia care valent. siue
vt a vilibus discerni possunt. seu quod rari sint. Omne enĩ qd
rarum est. magnum & preciosum vocatur. vt i samuelis volu/
mine legit. Et sermo dni preciosos erat in israhel. hoc ẽ rarus

De viridioribus gemmis Ca. vi.

Omnium gẽmarum virentium. smaragdus pricipatũ
habet. Cui veteres tertiã post margaritas & vniones
tribuũt dignitatẽ. Smaragdus a animia viriditate
vocatus. Omne enĩ satis viride smaragdum dicitur. Nullis enĩ
gẽmis vel herbis maior q̃ huic austeritas ẽ. Nam herbas viren/
tes fronde q; exuperat. inficiens circa se viriditate repercussum
aerem. Sculpentibus quoq; gemmas. nulla gratior occulorum
refectio est. Cuius corpus si extentũ est. sic speculum. ita ima/
gines reddat. Quippe vero cesar gladiatorũ pugnas in smarag/
do expectabat. Genera eius duodeci. sed nobiliores scithici
qui in scithica gente reperiuntur. Secundum locum tenẽt bac/
triani. Colliguntur enim i commissuris saxorum flante aqui/
lone. Tunc enim tellure de operta intermicãt. quia his ventis
arcane maxime mouẽtur. Terciũ egiptii habẽt. reliqui metallis
aeratis inueniũtur. sed vicios. Nam aut aere. aut plumbo. vel
lapillamentis. vel salis similes notas habent. Smaragdi autem
mero et viridi proficiunt oleo q̃ uis natura imbuantur. Calcũ/
smaragdus dicta q; viridis sit et turbida aereis venis. hec i egip/
to vel cipro insula nascitur. Prasius pro viridante colore dic/
tus. sed vilis. Cuius alterum genus sanguineis pũctis abhorret.
Tertium distintũ virgulis tribus candidis. Berillus in india
gignitur. gentis sue lingue nomen habens. viriditate similis
smaragdo. sed cum palore. Politus autem ab indis in sex an/
gulis formas vt hebetudo coloris repercussione angulorum
excitetur. Aliter politus nõ habet fulgorẽ. Genera eius nouem
Crisoberillus dictus eo q; pallida eius viriditas in aureum
colorem resplendeat. & hunc india mittit. Crisoprassus indi
tus est colore porri sucũ referens aureis interueniẽtibus guttis

vnde et nomen accepit·quem quidam berillorũ generis iudica/
uerunt. ¶ Iaspis de greco in latinum viridis gemma interp̃tatur
Ias grece qppe viride pinasin gẽma dicit̃·ẽ autẽ smaragdo subsi
milis & crassi coloris. Species eius·x·&·vii· Volũt autem iaspi/
dem gemmã & gratie & tutele esse gestantibus·quod credere ñ
fidei sed supstitionis est. ¶ Tobazion ex virenti genere est om/
niq; colore resplendẽs inuenta primũ i arabie insula·in qua tro/
godite p̃dones fame & tempestate fessi·cũ herbarũ radices effo
derent·eruerunt·Que insula postea quesita nebulis coopta tan/
dem a nauigantibus inuenta est·sed ob hoc locus & gẽma no/
mẽ ex causa accepit· Nã tobazin trogoditarũ lingua significati/
onem habet querendi·Est autem amplissima gẽmarum·Eadẽ
sola nobiliũ limam sentit·Genera eius duo. ¶ Callaica colore
viridis·sed pallens & nimis crassa·Nichil iocũdius aurũ decẽs
vnde & appellata· Nascitur in india vel germania in rupibus
gelidis oculi mõ extuberãs. ¶ Melocites spissius virens & cra/
ssior q̃ smaragdus a colore malue nomen accepit in reddẽdis
laudata signis·Nascitur in arabia ¶ Eliotropia viridi colore &
nubilo·stellis puniceis supsparsa·cũ sanguineis venis·causa
nominis de effectu lapidis est Nam deiecta in labris eneis·ra/
dio solis mutat̃ sanguineo repcusso·Extra aquã autem speculi
mõ solẽ excipit·dephẽditq; deffectus eius·subeuntẽ lunã ostẽ/
dẽs·magoꝝ impudentie ¶ Manifestissimũ in hoc quoq; exem/
plum est·quod admixta herbe eliotropio quibusdã additis p̃
cãtationibus gerentem cõspici negent·Gignit̃ in cipro & africa
sed melior in ethiopia ¶ Sagda gẽma prasini coloris·apud chal/
deos·cuius tanta vis est·ut pmeantes naues e pfundo petat &
carinis ita tenacit adhereat·ut nisi ab rasa pte ligni vix seperet̃.
¶ Mirites dicta est·q in eo mirre color est·comp̃ssus autẽ usq;
ad colorẽ nardi. Spirat suauitatem aromatis·Repitur in arabia
uel egipto mirre coloris & odoris·vñ & nomẽ accepit. ¶ Mele
cros bicolor ex vna pte viridis·ex altera melli similis ¶ Coaspites
a flumine psarum dicta est ex viriditate fulgoris aurei

¶ De·Rubris gemmis ¶ Ca·viii·

Corallius gignit̃ in mari·Forma ramosus colore viri/
dis·et maxime rubens· Vie eius candide sub aqua et
molles. Detractus cõfestim durescit et rubescit·tac/
tuq; protinus lapidescit. Itaq; occupari · euelliq; retibus solet·

aut acro ferramento precidi · Qua de causa coralius vocitatur
Quanto autem aput nos margaritum indicum preciosum est
tanto apud indos corallium · Nunc magi fulminibus resistere
affirmant · si creditur. ¶ Sardius dicta eo q̃ reperta sit primum
a sardis. Haec rubrum habet colorem · marmoribus pristans ·
sed inter gemmas vilissima · Genera eius quinq̃ ¶ Onix appel/
lata · q̃ habeat in se permixtum candorem in similitudinem
vnguis humane · greci enim vnguē onice dicūt. Hāc india vel
arabia gignit Distant autē inuicē · nam indica igniculos habet
albescentibus zonis · arabica autē nigra cū candidis zonis · Ge/
nera eis quinque ¶ Sardonix ex duorum nominum societate
vocata. Est enim ex onicis cādore et sardo. Constat autem tri/
bus coloribus subterius nigro · medio cādido · superius mineo
hec sola signādo nihil cere uellit. Reperitur aūt aput indos &
arabes de tocia torrentibus · Genera eius quinq̃. ¶ Emathites
rubore sanguineus · ac ꝓpter emathites vocatus. Emath ꝓpe
sanguis est · gignit in ethiopia quidē · sed principalis in arabia
& arffica inuenitur. De qua promittunt magi quidā ad coar/
guandas barbarorum insidias. ¶ Sucinus quē greci electron
appellant · fului cereiq̃ coloris. Fertur arboris esse sucus · & ob
id sucinū appellari. ¶ Electrum autē vocari fabulosa argumē/
tacio dedit. Namq̃ fetonte fulminis ictu interempto sorores
eius luctu mutatas in arbores populus lacrimis electrū oibus
annis fundere iuxta eridanū amnē. Et electr̃ appellatū quoniā
sol vocitatus est electron plurimi poete dixere · Constat autem
eum non esse succū populi · sed pinee arboris. Nam accēsus tede
nidore flagrat Nascitur autem in insulis maris oceani septem/
trionalis sicut gummi · Densatq̃ vt cristallus rigore vel tepore
Ex ea fiunt decoris gratia agrestiū feminarum monilia · vocari
autem a quibusdā arpaga · eo q̃ atritu digitorū accepta caloris
anima folea paleasq̃ & vestium fimbrias rapiat · sicut magnes
ferum · quo cumq̃ autem modo libeat tinguntur Nam ancusae
radice conciliocq̃ inficiuntur ¶ Ligurius vocatus · q̃ fiat ex vri/
na lincis bestie · tepore indurata Est autem sic & sucinum fulua
adtrahens spiritu folia adpropinquancia

¶ De Purpureis ¶ Ca · viii ·

Inter purpureas gemas principatū ametistus indi/
cus tenet ¶ Ametistus p̃pureus est · pmixto violacio

colore· & quasi rose nitor· leniter quasdam flammulas fundés
Alterú eius genus descendens a iacinctis. Causam nois eius
adserunt· quia sit quidá in purpura illius nó ex toto igneú· sed
vini colorem habens. Est autem sculpturis facilis Cenera eius
quinque. ¶ Saphirus ceruleus est· cum purpura· habens pul/
ueres aureos sparsos. Optimus aput medos· nusquá tamé plu/
cidus ¶ Iacinctus ex nominis sui flore vocatus· hic i ethiopia
inuenitur· ceruleum colorem habens · Optimus qui nec rarus
est· nec densitate obtonsus· sed vtroque téperamento lucet· pur/
pura refulgens · Hic autem non semper equaliter rutilat. Sed
cum facie celi mutatur· Sereno enim persipcuus atq; clarus est
Nubilo coram oculis euanescit atque marcescit In os missus·
frigidus est. In sculpturis durissimus · nec tamen in vinctus
Nam adamante scibitur & signatur ¶ Iacintizonta indicus est
iacinctum prope reserens Quidam autem eorum cristallo simi/
les capillamentis intercurrentibus obscurátur ex quo etiá vicio
illorú nomen est. ¶ Ametistizontes appellatus· quia eius ex/
tremus igniculus in ametisti violem exit ¶ Celedonia ex irun/
dinum colore vocata· & duorum é generum · Quarum vna ex
altera parte purpurea· et alia purpurea nigris intueniétibus ma/
culis· ¶ Ceranea scithie gemma· ceruleo nitore coruscans. pura i
terdum· et punctulis intermicátibus auratis puluisculis variás
¶ Roditis rosea est· & ex eo nomen accepit

¶ De Candidis ¶ Ca·x·

Margarita prima candidarú gémarum· Quá inde mar/
garita aiút vocatam q; in conchulis maris hoc genus
lapidú inueniatur· inest enim in carne coclee· ¶ Cal/
culus natus· sicut in celebro piscis lapillus· gignitur autem de
celesti rore. Quem certo anni tempore coclee hauriunt. Ex qui/
bus margaritis quedam vniones vocantur. Aptum nomen
habentes · q; tantum vnus· nunq̃ duo vel plures simul reperi/
antur ¶ Meliores auté cádide margarite quáq; flauescút · Illas
enim aut iuuentus· aut matutini roris conceptio reddit candi/
das. Has senectus vel vesp̃tinus aer· gignit obscuras ¶ Pedo/
rus secunda post margarritá cádidarum gemmarum. De qua
querit̃ in quo colore numerari debeat· tociés iactáti per alienas
pulchritudines nominis· adeo vt decoris p̃rogatiua vocabulo
facta sit. ¶ Asterites candida est · inclusam lucem continens.

velut stellá intus ambulante redditq; solis cádidicantes radios
Vnde & nomé inuenit. ¶ Galactides lacteus est · qui attritus
reddit sucum album · ad lactis saporem · Feminis nutriétibus
inligata · fecúdat vbera · Infantium quoq; collo suspensa · saliuá
facere fert · i ore auté liquescere & memoriá adimere ¶ Mittunt
eá nilus & a celous amnes. Sút q smaragdú albis venis calac/
ticé vocát · cumligatú. ¶ Galacies · grádinis et cádoré pfert &
figurá. ¶ Duricia quoq; inuicta ut adamás · etiá in igné posita
manere suú frigus. ¶ Solisgemma cádida est · traxitq; nomé q;
adspeciem solis · in orbé fulgentes spargit radios. ¶ Solenites
translucet candido melleoq; fulgore · continens lune imagineé
Quam iuxta cursú astri ipsius phibent in dies singulos minu
atq; augeri. Nascit in psida ¶ Cimedia inuenit in cerebro piscis
eiusdem nois · candida et oblonga · presagare his ferunt magi
signa tranquillitatis vel tempestatis · ¶ Beloculus albicans · pu/
pillá cingit nigram : e medio aureo fulgore lucente · et propter
speciem · assiriorú regi belo dicata vnde & appellata ¶ Epime/
las dicitur cum in candida gemma superenigritat color · vnde
& nomen habet. ¶ Exebenus speciosa & candida · quo artifi/
ces aurum poliunt

¶ De Nigris ¶ Ca. xi.

Gathes reperta primú i sicilia · iuxta fluiné eiusdem
nominis · Postea plurimus in terris. Est auté nigra
habens in medio circulos nigros & albus · iunctos
& · variatos · similis emathiti · magi suffitu earú · si creditur · tem/
pestates auertunt · fulmina sistunt ¶ Absiccos nigra et ponde/
rosa · distincta venis rubétibus. Haec calefacta igne · in · diebus
calorē tenet. ¶ Egiptilla nigra est radice · cerulea facie · ex egipto
ubi inuenitur vocata. ¶ Media nigra est · a medea illa fabulosa
inuéta. Habet venas aerei coloris · sudoré reddit croci · saporem
vini. ¶ Vergentana italica gēma est · ab eis repta · nigra facie · al/
bis intermicatibus notis ¶ Bariptos nigra est · cum sanguineis
& albis notis. ¶ Meramelas · nigra · venas quemlibet colorem
secante per medias. ¶ Veneria crines · nigerrimi coloris · cōtinēs
in se speciē · rufi crinis ¶ Tricuus ex africa nigra ē · sed tres sucos
reddit. A radice nigrú · e medio sanguineú e summo ocree ¶ Di/
onisia · nigris mixtis · rubétibus notis ex aqua trita vinú flagrat
& odore suo ebrietate resistere putatur. ¶ Piritis nigra quidem.

sed attrita digitos adurit.

De Variis Ca·xii·

Xangrus varius ex omnibus pene coloribus cōstās vnde & nominatur ¶ Olca barbari nominis·ex fulvo & nigro·viridiq; & candido est ¶ Mitridax sole percussa coloribus micat variis·gignit̄ inper sida· ¶ Droselitus varius nominis causa·quia si ad ignem applicetur·velut sudorem emittit ¶ Opalus distinctus diuersarum colore gemmarū Est eni i eo carbunculi tenuior ignis·ametisti fulgēs purpura smaragdi nitens viriditas·& cuncta pariter sub quadam varietate lucencia·nomen habens ex patria. Sola enim eū parturit india ¶ Pontice a ponto dicit̄ genere diuerso. Nunc sanguineis nunc auratis micantes guttis. Alie habētes stellas·alie longis colorum ductibus liniate. ¶ Exocotalitus i parua magnitudie multicolor·vnde & hoc sibi nomē adoptauit. Tam diuersis eni notis sparsus est·ut·lx·gemaru colores in puo orbiculo eius deprehendatur. Nascitur autē in libia aput trogoditas. ¶ Murrina aput parthos gignitur·sed p̄cipua in germania. Humorē sub t̄ra putant calore densatū·vnde & nomē sumpsit· Varietas eius in purpurā cādoremq; & ignem cum quosdā colorē repcussos· quales i celesti arcu expectant̄. Cuius ꝯtraria causa cristallū facit·gelu vehementiore concreto.

De Cristallinis. Ca·xiii·

Cristallus resplendens et aquosus colore. Traditur q; nix sit glacie durata per annos. Vnde & nomen greci ei dederūt ¶ Gignitur autem in asia & cipro·maxime in septemtrionū alpibus·vbi nec estate sol feruentissimus inuenitur. Ideoq; ipa diuturna·& annosa duritia reddit hanc speciē q̄ cristallus dicitur. Nic oppositus radiis solis·adeo rapit flammam·vt aridis fungis vel foliis ignem prebeat·vsus etiam eius ad pocula destinatur. Nihil autem aliud q̄; frigidū pati potest ¶ Adamans lapis indicus·paruus & indecoros·ferrugineum habēs colorē·& splendorē cristalli nūnq̄; autē vltra magnitudinem nuclei auellani reptus. Nic nulli cedit materie nec ferro qdē·nec igni·nec vnq̄; incalescit. Vnde et nomē iterpretacione greca indomitus accepit· Sed dū sit inuictus contemptor ferri ignisq; ·ircino rumpitur sanguine recenti & calido maceratur· sicq; multis ictibus ferri per frāgit̄. Cuius fragmēta scupltores

pro gemmis insigniendis perforandisq; utuntur ¶ Hic autem dissidet cum agnete lapide·in tantum ut iuxta positus ferrū non paciatur abstrahi magneti· aut si ad motus magnes cōprehendeūt rapiat atq; auferat ¶ Fertur quoq; in electa similitudine venena dephendere· metus vanos expellere·maleficis resistere artibus genera eius·vi· ¶ Galacia grandinū & cādorē·& figurā adamātine duricie·habet etiā ī igne positus manere suū frigus ¶ Gerauniorū duo genera sunt. Vnum quē germania mittit cristallini similē·splēdet tamē ceruleo·& si sub diuo positus fuerit·fulgorem rapit sidereū. ¶ Gerauniū·alterū ispania in lusitaniis litoribus gignit·cōcolor piropo rubēti·& q̄litas ut ignis Nec aduersus vim fulgurū opitulari ferē si credit. Dicta autem ceraunia quō alibi nō inuenit q̄ in loco fulminis ictu ꝓximo· grece enim ceranos fulmen dicit. ¶ Iris aput arabiam in mari rubro nascit·coloris cristallini sexāgulata. Dicta ex argumēto iris. Nam sub tecto ꝑcussa sole species·& colores arcus celestis in proximos parietes imitatur· ¶ Astrion ex india est cristallo propinqua ī cuius centro lucet stella·fulgore lune plene·sumpsit autē nomen q̄ astris opposita fulgorē rapit ac regit ¶ Electria q̄si electoria. Inuentriculis eni·gallinaciis inuennit·cristallina specie·magnitudine fabe. Nanc in certaminibus inuictos fieri magi volunt si credimus ¶ Enidros ab aq̄ vocata. Exundat enim aqua ita vt clausam in ea putes fontaneam scaturiginem. Omnium ardencium gemmarū principatum carbunculus habet. Carbūculus autē dictus qd̄ sit ignitus vt carbo cuius fulgur nec nocte vincitur. Lucet enim in tenebris adeo vt flammas ad oculos vibret·Genera eius duodecē Sed prestātiores q̄ videntur lucere·veluti ignem efundere. Carbuncuus autem grece antrax dicitur·gignitur in libea apud trogoditas ¶ Antracites vocatus qd̄ sit & ipse coloris ignei·vt carbūculus sed candida vena precinctus. Cuius proprium est·qd̄ iactatus igni·velut inter mortuos extinguitur·ac contra aquis perfusus exardescit· ¶ Sandasirus nascit in indis· loco eius dē nominis. Species eius velut intra lucido igni intus fulgente auree gutte. Constat autē inter omnes quantus numerus stellarum accedit·tanto & precio accedere. Lingnis ex eo q̄ genere ardentiū est appellat·a lucernarum flagrātia·gignitur in multis locis sed probatissimia apud indus. Genera eius quatuor

